



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Margarita V. M. 20. Iulij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

atque alia identidem ligna adjiciebat; tum in homine, qui aquas ridiculè cribro hauriebat: demum in duobus, qui cum tigno transverso angustam subire portam contendebant; è quibus primus peccantium, alter ambitiosorum, duo alii invidiorum erant typus. Denique beatâ morte ARSENIUS quievit annos natus C. XXI. & tunc etiam talisq̃ue mortem horruit. Cettè vivus semper cum strophio visus est, quod lacrymas biberit, quas mors exprimebat, expressura etiam nobis, si cum ARSENIUS memoria impressam altius gestaremus. *Ex Metaphr.*

*Necesse est, ut illucescat dies patientia, per quam omnia dura tacitâ amplectaris conscientia, te magis dijudicans, cui displicent, quæ ad salutem sunt, & in cogitatione tuâ semper partem Magistri adversus te ipsum juvans, teq̃ accusare, illum excusare laborans. S. Bern. serm. de Circumc.*

S. MARGARITA V. M. 20. Iulij.

MARGARITAM in manus damus, vel cælo judice pretiosam. Adolescentula clam parentibus Sacra nostra edocta est. Eam ob causam ad Olybrium Præsidem raptata fuit, ipso (nefas!) parente filiam accusante. Gravius etiam periculum cudebatur, quando Iudex à formâ MARGARITÆ captus amatorem induit, & mollibus armis, blanditiis pugnam movit. Elusit tamen insidias Virgo prudens, & Præses larvâ amoris positâ tyrannum prodidit. Virgis initio cæsa, tum uncis lacerata & in carcerem data. Ibi quoque fatigatam recens hostis Orcus excepit, Draconis exuviis horrendus. Sed hunc objecto scuto Crucis repulit, precumq̃ue jaculis confixit. Victrici Superi trophæum

phæum posuerunt Crucem mirèsplendentem, & à  
 è cuius apice columba solatia dedit & omnibus  
 vulneribus medicinam. Triumphum hunc pri-  
 mum ornarunt XV. millia hominum in libertatem  
 Christianam è Deorum servitute, asserta. Non  
 multò post iterum pugnatum, & in triumphum  
 ducti ignis & aqua. Nam & faces ardentes pectora  
 admotas in sancti amoris flammis, & aquas, in  
 quas abjecta erat, in baptismum vertit DEVS. Ita-  
 sum ergo triumphanti columba illa divina palmam  
 coronam imposuit. Invidit Olybrius, & caput  
 laureatum gladio abstulit. Sed imprudens alteram  
 coronam adiecit. Ex Surio & Lippeloo.

*Diabolica tentationis tibi proponuntur exempla  
 ut: & ipse contra hostis callidi deceptoris insidias fe-  
 licyter evigiles, & dum te delectat aliorum audite  
 victorias, ipse te per languidi corporis ignaviam non  
 remittas. S. Pet. Dam. l. 6. Ep. 21.*

S. DANIEL PROPH. 12. Iulij.

**A**gite Mariani, si virtutis ardua, si tesqua pigra  
 calcare, ecce ille magnorum regum vates, ille  
 leonum & adeo Deorum domitor per pomum  
 illuc vos ducet, vos modò ne oculos otiosos affe-  
 re, sed obambulando ipsum pudicitie florem Su-  
 sannam spectate. Annè videtis, uti nec formæ de-  
 cor, nec locus solus, nec blanditiæ minervè huius  
 possint decerpere? nempe sola non fuit, quæ se-  
 cum in oculis ubique Numen circumtulit. Certe  
 hoc suis in oculis Susannæ tulit. Etenim, agite mo-  
 dò capita scelestæ, eja populum in vestram perni-  
 ciam cogite, accusate innocentiam damnandi  
 puero senes. Et, quid tu ais? scelus, ubi facinus pe-  
 tratum? sub *schino*. euge! & tu Orci silicernium